

33. Secundo id ipsum probat: Ab eodem fonte, principioque proveniunt misericordia, & iustitia, quippe à divina essentia: ergo misericordia, & iustitia sunt idem realiter ipsi divinae essentiae, à qua dimanant. Antecedens probatur: Ideo Deus est Deus, quia est iustus; sed ideo est Deus, quia est misericors: ergo iustitia, & misericordia ab eodem oriuntur principio, nempe à deitate; sed eò quòd ab eodem dimanent principio, aut fonte, ipsi realiter identificantur: ergo misericordia, & iustitia sunt idem realiter divinae essentiae.

34. Secundam thesims partem similiter probat primò Magister: Quae realiter sunt idem, nullaque reali absolutà ratione opponuntur, penes diversa connotata, virtualitates, formalitates, sive conceptuum, aut effectuum varietatem, quos in creaturis operantur, differunt; sed iustitia, & misericordia divina realiter sunt idem, & nullà reali, absolutaque opponuntur ratione: ergo solum penes diversa connotata, formalitates, virtualitates, sive conceptuum, aut effectuum varietatem, quos in creaturis operantur, inter sese differunt.

35. Consequentiam sic in littera probat Magister: Dùm Deus dicitur iustus, vel iustitia, essentia divina praedicatur, & etiam quòd ipse sit distributor, & iudex meritorum intelligi datur; sed pariter dùm Deus dicitur misericors, vel misericordia, essentia divina praedicatur, & insuper quòd ipse sit miserorum liberator intelligi perhibetur: ergo iustitia, & misericordia quanvis sint idem realiter essentiae divinae, tamen penes diversa connotata, sive formalitates, aut effectus, quos in creaturis operantur, ab invicem distinguuntur.

36. Secundò probat intentum ex Origene sup. Jerem. cap. 10. & tunc: *Omnia quae Dei sunt, Christus est: Ipse sapientia ejus, ipse fortitudo, iustitia, sanctitas, ipse prudentia, sive veritas. Sed cum unum sit in subjacenti pro varietate sensuum, diversis nuncupatur vocabulis. Aliud enim significat sapientia, aliud iustitia.* Sed Deus est misericordia, iustitia, bonitas, sapientia, &c. quae unum sunt in ipso Deo pro sensuum varietate, & diversis nuncupantur nominibus: ergo iustitia, & misericordia estò realiter sint idem in Deo, distinguuntur tamen penes diversa vocabula, sive conceptus, aut effectus varios, quos in creaturis operantur.

37. Tertio demùm probat ex Augustino Magister super Psal. 132. Nam quaedam opera misericordiae, quaedam iustitiae, quaedam bonitati aptantur, ut ex sacra pagina clarè constat; sed iustitia, misericordia, & bonitas realiter in Deo non differunt: ergo solum penes diversa connotata, aut effectus in creaturis causatos distingui poterunt.

Con-

Consequentia probatur: Iustitia respicit merita, aut demerita hominum; bonitas gratuitam Dei donationem; misericordia verò à peccato mundationem, & à miseria piissimam liberationem: ergo solum penes haec diversa connotata, sive effectus in creaturis operatos differunt in Deo misericordia, & iustitia.

38. Sed oppones: Opera Domini non aliter ostendunt misericordiam, & iustitiam, nisi quemadmodum effectus detegunt causam, sed unum est principium, sive causa iustitiae, & misericordiae; natura quippe divina: ergo eisdem effectibus, quibus Deus ostenditur iustus, ostenditur & misericors; sed eò quòd eisdem omnino effectibus ostendatur Deus misericors, ac iustus, misericordia, & iustitia, adhuc penes diversos in creaturis causatos effectus, differre non poterunt: ergo Magistri doctrina hactenus tradita non subsistit.

39. Respondetur negando primam Consequentiam, & omnes alias inde deductas. Nam, etsi iustitia, & misericordia sint idem realiter in Deo, sive unum principium aut, causa, eliminatis imperfectionibus, non exinde aptè deducitur, quòd effectus, qui tribuitur iustitiae, tribuatur misericordiae; nec quòd eisdem effectibus, quibus Deus ostenditur iustus, ostendatur & misericors, bonus, sapiens, &c. cum ad hoc sufficiat connotatorum, conceptuum, virtualitatum, aut formalitatum ex natura rei diversitas, ut unaquaque Schola cum suis Coryphaeis sustinet.

40. Quòd reverà innumeris, & universalibus tum in divinis, tum in creatis exemplaribus abundat. Licet enim intellectivum, & volitivum sint idem realiter in Deo, nihilominus non ostenditur Deus explicitè intelligens, quia vult; neque volens, quia intelligit; neque eisdem effectibus, quibus ostenditur intelligens, ostenditur & volens. Etiam in creatis liquet; nam etsi animal, & rationale sint idem realiter in homine, non tamen homo explicitè est animal, quia rationalis; nec rationalis, quia animal; nec eidem effectibus, sive connotatis, quibus ostenditur rationalis, ostenditur & animal; nec è contra, cum totum id operetur distinctio, quae inter iustitiam, & misericordiam, intellectionem, & volitionem, animal, & rationale astruitur à Doctoribus. Quò ergò distinctionis genere iustitia à misericordia dissideat, non est nostri muneris referre modò; & quia in textus littera à Magistro praetermittitur; & quia mens ejus hic omni consonat Scholae.

41. Tandem inquit Magister: An in omni opere Dei utrumque misericordiae, & iustitiae attributum eluceat? Circa cujus resolutionem, duplicem Doctorum opinionem refert Magister, quibus suam ipse vi-

Tom. V.

Cc

de-



detur subiicere. Alii enim dixere, in omni opere Dei iustitiæ, & misericordiæ attributum, secundum effectum, non elucere, sed in quibusdam misericordiam tantum, in quibusdam iustitiam solum, in quibusdam verò iustitiam unà cum misericordia nitere. Sustinet tamen ambo, secundum essentiam coherere in cunctis operibus Dei, quia una, & eadem voluntas divina est iustitia insimul, & misericordia.

42. Præfata sententia, ejusque sequaces, quos suppressis nominibus allegat Magister in litterâ, his reverà innituntur fundamentis. Primò: Quia in primo adventu Christi Domini omninò misericordia ejus infulsit; sed in secundo etiam undique elucet iustitia, ut sustinet Glossa super illud Psalm. 100. *Misericordiam, & iudicium, &c.* Ergo non in omni opere Dei coherant simul, secundum effectum, misericordia, & iustitia, sed in quibusdam iustitia, & in quibusdam misericordia.

43. Secundò: Ecclesia Deum exorat, nosque ab eo etiam petimus, quòd non secundum merita, sive peccata nostra retribuatur nobis peccatoribus; sed iustitia semper retribuit secundum merita: ergo in impiorum justificatione non est iustitia; aliter si ibi foret, non justificari peteremus; sed impiorum justificatio est opus & quidem mirabile Dei: ergo non in omnibus operibus ejus attributa iustitiæ, & misericordiæ simul coherant.

44. Tertio: Impiorum justificatio fit per gratiam; sed dum gratia est ex meritis, jam non est gratia: ergo in impiorum justificatione non elucet iustitia, sed solum splendet gratia; sed Dei gratia est misericordia: ergo in impiorum justificatione solum misericordia, & non iustitia deprehenditur; atque adeò in omni opere Dei attributa misericordiæ, & iustitiæ secundum effectum coadunantur, sed in quibusdam iustitia, & in quibusdam misericordia divina ostenditur.

45. Quarto: In creaturis alius est effectus misericordiæ, ut parcere; & alius iustitiæ, ut punire: ergo quia non in eodem numero effectuum reperiuntur misericordia, & iustitia; sed hæc ex creatis ad increata non incongruè transferuntur: ergo idipsum in aliquibus operibus Dei contingere valet: ergo non in omnibus secundum effectum coherant simul misericordia, & iustitia; sed in aliis misericordia, & in aliis iustitia detegitur.

46. Quintò: Quanquam misericordia, & iustitia sint idem in Deo in ordine ad divinam essentiam, diversum tamen una, & altera effectum connotant; sed ex eò quòd unaquæque earum suum connotet effectum, in eodem non conveniunt simul misericordia, & iustitia, aliter non plures, sed unam tantum designaret effectum: ergo in omnibus

bus operibus Dei, quoad effectum, simul non copulantur misericordia, & iustitia.

47. Sextò: Misericordia facit contra merita, idest, præstat bonum ei, qui male meruit; iustitia verò facit secundum merita, sive præstat bonum ei, qui bene meruit; sed idem numero opus nequit fieri contra merita, & secundum merita: ergo nequit fieri simul cum misericordiâ, & iustitiâ: ergo solum in quibusdam Dei operibus iustitia, & in quibusdam misericordia enitescit.

48. Quòd ergò in aliquo Dei opere simul coherant iustitia, & misericordia, etiam hi demonstrant Doctores. Primò ex cap. 20. Proverbiorum, dicente: *Misericordia, & veritas custodiunt Regem.* Ergo misericordia, & iustitia maxime decorant ornantque Regem, cum multum conferant ad ejus tutamen, & ornatum; sed Deus est Rex Regum, Dominus dominantium, omniumque rerum primus Sator, & Rector: ergo in his creationis operibus præsertim iustitia unà cum misericordiâ elucet.

49. Secundò: Deus semper præmiat hominum merita ultra condignum, sicut eorum demerita punit citra condignum; sed hoc remunerationis meritorum hominis opus non est misericordiæ tantum, quia meruit præmiari; nec solitariè iustitiæ, quia ultra condignum præmiatur: ergo est simul opus misericordiæ, & iustitiæ. Idipsum dicimus, proportionem servatâ, in opere remunerationis demeritorum hominis. Ergo licet in cunctis operibus Dei misericordia, & iustitia non simul coherant, tamen in aliquibus miro, & ineffabili elcent modo. Alia fundamenta, quæ pro hac jaciunt Doctores sententiâ, in primâ hujus distinctionis parte ad aliud apposuimus intentum.

50. Alii verò in litterâ tenent, attributa misericordiæ, & iustitiæ etiam secundum effectum, & signum in omni opere Dei contineri, eò quòd nullum excogitabile sit, in quo effectus, vel signum æquitatis, & misericordiæ, sive occultè, sive aperte non inveniatur. Quorum fundamenta hic obiter exhibemus, tametsi Magister ea prætermittat in textûs litterâ.

51. Primò probant ex illo Cassiodori super Psalm. 50. concinno alloquio jam in distinctionis exordio adducto, scilicet, iustitia, & misericordia mutuâ societate sibi junguntur; sed quò pacto iustitia, & misericordia societate mutuâ sibi junguntur, nequit misericordia sine iustitiâ existere, & è contra: ergo nec nullam Dei opus assignari poterit, in quo misericordia, & iustitia secundum effectum, vel signum, sive occultè, sive aperte non inveniatur.



52. Secundò : Deus non dicitur summè iustus per excessum severitatis, juxta illud Eccles. cap. 7. *Noli esse multum iustus*. Nec summè misericors per omnimodam hominum remissionem culpæ, & pœnæ, eò quòd misereatur tantum, quantum expedit: ergo quia in omnibus operibus suis immiscetur misericordia cum iustitiâ ad pondus, seu trutinam æquitatis, & clementiæ, sive implicite, sive manifestè. Undè aliquandò manifesta est clementia, sive misericordia, & occulta æquitas; aliquandò è conversò, manifestè manifesta æquitas, & occulta clementia. Et hæc sufficiant pro hujus opinionis subsidio, & tutelâ, necnon pro secundâ, & ultimâ distinctionis parte.

QUÆSTIONES.

53. QUÆSTIO 1. An inter Deum & hominem vera possit reperiri commutativa iustitia? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 2. 2. q. 61. art. 4. & 3. p. q. 85. art. 3. Labat tom. 4. disp. 6. dub. 2. Ribas tract. 5. disp. 16. cap. 2. Conetus tom. 4. tract. 9. disp. 2. art. 4. §. 1. Reding tom. 4. q. 3. art. 3. Controv. 1. Lezana disp. 9. de just. dub. 1. Arauxo tom. 2. p. 1. q. 114. art. 1. dub. 1. Godoy tom. 1. in 3. p. tract. 1. disp. 7. §. 3. Ferre tom. 2. tract. 10. q. 2. §. 2. Contenson tom. 1. lib. 2. dissert. 3. cap. 2. Cruz tom. 1. disp. 131. q. 21. dub. 1. Lumbier q. 12. Prudentius tom. 1. de Incarn. tract. 1. disp. 3. Raynerius de Pisis tom. 2. tit. 18. cap. 1. Anton. à Spirit. S. tom. 2. tract. 10. disp. 1. sect. 4.

54. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 46. q. 1. Baron tom. 4. apolog. 5. act. 7. Brancatus tom. 2. disp. 20. & 23. art. 1. Smifing tract. 3. disp. 4. q. 5. Hiquæus in 4. dist. 46. q. 1. Gallus in 3. dist. 20. disp. 2. sect. 1. Maftrius in 3. disp. 3. q. 5. num. 153. Castillent. in Polyanth. Seraph. verb. iustitia, num. 3. & seqq. Aquila in 4. dist. 46. q. 1. art. 1. & seqq.

55. Ex Scholâ Eximiâ Suarez tom. 1. in 3. p. disp. 4. & lib. 12. de grat. cap. 30. Arriaga in 1. p. tract. de just. disp. 31. sect. 1. & seqq. Montoya disp. 60. de volunt. Amicus tom. 6. disp. 6. Ripalda de ent. supern. disp. 85. Oviedus tract. 9. de merito, Controv. 8. punct. 4. & 9. Quiròs de just. q. 11. art. 1. dub. 5. Muniella tom. 1. disp. 10. de just. sect. 2. Esparza tom. 2. lib. 8. q. 18. Carleton tom. 1. disp. 35. sect. 5. Lugo de Incarn. disp. 3. sect. 3. Rhodès tom. 1. disp. 5. de virt. q. 3. sect. 1. §. 4.

56. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 46. q. 1. art. 2. Gaudentius tom. 1. tract. 1. de Deo uno; disp. 19. q. 1. Fulienf. lib. 1. cap. 17. Rebell. de oblig. just. lib. 1. q. 4. Alenf. 1. p. q. 39. memb. 1. Trigof. q. 17. art. 1. Morand. de just. q. 2. Baudunius tom. 1. q. 21. art. 1. Trullench tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 1. §. 3.

QUÆ

57. QUÆST. 2. An, & quomodò in Deo detur iustitia distributiva? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 21. art. 1. & 2. & 2. 2. q. 61. art. 2. Conetus tom. 4. tract. 9. disp. 2. art. 4. §. 1. & seqq. Ferre tom. 2. tract. 10. q. 2. §. 5. Anton. à Spirit. S. tom. 2. tract. 10. disp. 1. sect. 3. Cruz tom. 1. disp. 131. q. 21. dub. 1. Lezana de just. disp. 9. dub. 1. Raynerius de Pisis tom. 2. tit. 18. cap. 1. Contenson tom. 1. lib. 2. dissert. 3. cap. 2. Prado tom. 2. cap. 16. q. 7. Godoy tom. 1. in 3. p. tract. 1. disp. 7. §. 3.

58. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 46. q. 1. Maftrius in 3. disp. 3. q. 5. art. 6. num. 220. Vulpes disp. 43. art. 9. Smifing disp. 6. q. 5. & num. 72. Baron tom. 4. apolog. 5. art. 7. Aquila in 4. dist. 46. q. 2. Castillent. in Polyanth. Seraph. verb. iustitia, diff. 2. num. 1. Brancatus de Lauræa tom. 2. disp. 20. & 23. art. 1. & seqq. Hiquæus in 4. dist. 46. q. 2. Gallus in 3. dist. 20. disp. 2. sect. 2. & seqq.

59. Ex Scholâ Eximiâ Suarez tom. 1. in 3. p. disp. 4. & lib. 12. de grat. cap. 31. Alarcon tract. 3. de volunt. disp. 8. cap. 11. Carleton tom. 1. disp. 35. sect. 9. Avendaño tom. 1. sect. 11. problem. 2. §. 1. Rhodès tom. 1. disp. 5. de virt. q. 3. sect. 1. & 2. Arriaga 1. p. tract. de just. disp. 31. sect. 7. subsect. 1. Oviedus tract. 9. de merito, Controv. 8. punct. 11. Quiròs de just. q. 11. art. 1. dub. 5. Vazquez 1. 2. q. 114. art. 1. Valentia tom. 1. disp. 1. q. 22. p. 1.

60. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 46. art. 2. q. 1. & in 2. dist. 27. q. ult. Alenf. 1. p. q. 39. memb. 1. Gaudent. tom. 1. tract. 1. de Deo uno, disp. 19. q. 2. Trigofus q. 17. art. 1. dub. 1. conclus. 2. Morandus in append. de just. q. 2. Baudunius tom. 1. q. 21. art. 2. Trullench tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 1. §. 2. Rebell. de oblig. just. lib. 1. q. 5. Fulienf. lib. 1. cap. 17. de seqq.

61. QUÆST. 3. An pœna æterna sit debita malitiæ peccati mortalis? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 3. p. q. 83. art. 3. & in 4. dist. 46. q. 2. art. 1. & seqq. Conetus tom. 3. tract. 5. disp. 8. art. 6. Marinus q. 87. art. 5. cap. 1. Godoy disp. 1. de Incarn. per totam. Lumbier de Incarn. dist. 3. q. 9. Raynerius de Pisis verb. peccatum, num. 7. Et Authores adducti tom. 4. p. 1. dist. 15. q. 2.

62. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 46. q. 4. & dist. 50. q. ult. Carriere tom. 1. de creat. Angelor. q. 12. & tract. de vita miser. q. 1. Brancatus tom. 4. disp. 13. art. 9. Maftrius in 3. disp. 4. q. 5. art. 1. 2. & 3. Perez Lopez in 3. dist. 4. q. 1. art. 1. & seqq. Bellutus de Incarn. disp. 7. q. 1. Hiquæus in 4. dist. 46. q. 2. art. 1. Castillent. tom. 1. in Polyanth. Seraph. verb. peccatum, num. 10. & seqq. Et Authores tom. 4. p. 1. dist. 15. q. 2. allegati.

Ex



63. Ex Scholâ Eximiâ Suarez *disp. 2. de peccat. sect. 3. & 3. p. disp. 4. sect. 7.* Arriaga *tom. 3. disp. 54. sect. 4. subsect. 1.* Rhodès *tom. 1. disp. 2. de Angel. q. 3. sect. 1. §. 5. & disp. 3. de peccat. q. 1. sect. 2.* Lugo *de Incarn. disp. 5. sect. 3.* Carleton *tom. 2. disp. 45. sect. 6.* Amicus *disp. 23. sect. 4.* Vazquez *1. 2. disp. 99. cap. 8. & disp. 100. cap. 5.* Bernal *disp. 5. sect. 3.* Valentia *tom. 2. disp. 6. p. 3. & q. 17. p. 4. & 3. p. q. 1. p. 5.* Granad. *1. 2. Controv. 6. tract. 3. disp. 5.*

64. Ex aliis D. Bonaventura *in 4. dist. 46. q. 2. art. 1. & seqq.* Pasqualig. *disp. 26. sect. 3.* Caspenf. *disp. 6. sect. 4.* Bonacina *de Incarn. disp. 2. q. 2. punct. 5.* Gaudent. *tom. 4. tract. 3. disp. 2. q. 4.* Averfa *q. 88. sect. 5.* Alenf. *3. p. q. 1. memb. 6. art. 2.* Morand. *tom. 3. de peccat. q. 9.* Gamachæus *tom. 3. tract. de peccat. q. 87. cap. 3.* Et Authores adducti *tom. 1. p. 1. dist. 15. q. 2.*

65. QUÆST. 4. An in damnatorum, aliorumque hominum punitione, non solum justitia, verum & misericordia eluceat? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas *in 4. dist. 46. q. 2. art. 4. & 1. p. q. 21. art. 4.* Fer. e *tom. 2. tract. 10. q. 2. §. 7.* Contenson *tom. 1. lib. 2. dissert. 3. cap. 2. specul. 3.* Cruz *tom. 1. disp. 133. q. 21.*

66. Ex Subtili Scholâ Scotus *in 4. dist. 46. q. 2.* Brancatus *de Lauræa disp. 13. art. 14.* Castillent. *in Polyantb. Seraph. verb. misericordia, diff. 1. num. 3. & seqq.* Gallus *in 4. dist. 46. q. 3. & seqq.* Hiquæus *in 4. dist. 46. q. 3. art. 1. & seqq.* Cotonius *tom. 1. lib. 6. Controv. 2. art. 1. cap. 1.* Aquila *in 4. dist. 46. q. 5. & seqq.*

67. Ex Scholâ Eximiâ Suarez *disp. 4. de Charitate sect. 1. num. 8. & seqq.* Muniellâ *tom. 1. disp. 11. sect. 2.* Carleton *tom. 1. disp. 35. sect. 9.* Quiròs *de just. q. 11. art. 3. dub. 1.* Rhodès *tom. 1. disp. 2. de Angel. q. 3. sect. 1. §. 5. & disp. 3. de peccat. q. 1. & seqq. art. 1.*

68. Ex aliis D. Bonaventura *in 4. dist. 46. art. 2. q. 1.* Gaudentius *tom. 1. tract. 1. de Deo uno, disp. 19. q. 5. & 6. & tom. 4. tract. 5. disp. 4. q. 6.* Alensis *1. p. q. 39. memb. 2. & 3.* Baudunius *tom. 1. q. 21. dub. 1. art. 3.* Bassæo *verb. misericordia, num. 7. & seqq.*

69. QUÆST. 5. An pœna æterna sit debita peccato veniali conjuncto cum mortali? De quo, *tom. 4. p. 1. dist. 15. q. 1. & 2.*

70. QUÆST. 6. An peccata venialia non solum quoad pœnam, verum quoad culpam remittantur in purgatorio, sive in inferno? De quo, *tom. 4. p. 1. dist. 15. q. 1. & 2.*

71. QUÆST. 7. An, & quomodo spiritus in purgatorio, sive in inferno puniantur igne corporeo? De quo, *dist. 44. q. 1.*

72. QUÆST. 8. An materiale possit phisicè agere in spirituale? De quo, *dist. 44. q. 1.*

QUÆ-

73. QUÆST. 9. An gravitas peccati sive offensa sit simpliciter infinita? De quo, *tom. 4. p. 1. dist. 15. q. 2.*

74. QUÆST. 10. An possit remitti unum peccatum mortale sine alio ex naturâ rei? De quo, *tom. 4. p. 1. dist. 15. q. 1.*

## DE EXTREMO JUDICII MODO.

### DISTINCTIONIS QUADRAGESIMÆ-SEPTIMÆ SYNOPSIS.

*Ultima prudenti dabitur sententia Christo,*

*Quam confirmabit candida turba Patrum.*

*Sic incipit: Solet etiam quari.*

*Sic terminat: Incentores in culpâ.*

1. **C**onnectitur hæc præfens distinctio cum superiori. In illâ egit Magister de misericordiâ, & justitiâ, quæ sunt causæ rectissimæ remunerationis justorum, reproborumque in judicio; sed in præfenti determinat de ipso judicio, formâ, modo, & aliis pertinentibus ad illud: ergo recte inter se hæc distinctiones cohærent.

2. Consequentia probatur: In quocunque judicii actu prius est expendere justitiâ, & misericordiam, quæ sunt remunerationis causæ, quàm ipsum judicium, formam, & modum illius referare, eò quòd necessariò ipsum antevertant judicium illæ remunerationis causæ; sed Magister in superiori distinctiõne egit de misericordiâ, & justitiâ, quæ sunt justorum, reproborumque omnium remunerationis causæ in judicio: ergo in præfenti de ipso judicio, formâ, modo, & aliis pertinentibus ad illud differere, haud dubiè erit rectum tenere ordinem.

3. Dividitur præfens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ expendit Magister, qualiter non solum Christus Dominus, sed etiam Sancti, alique perfecti viri judicabunt malos, & reprobos in universali judicio. In secundâ verò declarat modum, quò Angeli judicandos debeant ad judicium congregare. In tertiâ autem, & ultimâ statuit, dæmones in inferno damnatos punire debere.

4. **PRO PRIMÆ** igitur partis perspicuâ indagine, hoc primum, pro-